



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Factum cuiusdam viri calui, Sacco induti. Capvt. CXI.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

appropinquat tempus. Dixit iterum: Væ væ quia
 tum flebimus, quantumque pœnitebimus pro eo,
 quòd modo pœnitere nolumus. Dixit iterum: Ne-
 que cùm laudamur, nos ipsos continemus sub hu-
 militate, neque rursus cùm vituperamur, tolera-
 mus. Aliud quippè nobis inanem gloriam fugge-
 rit, aliud mœstitiam nobis miseris facit. Vbi vero
 tristitia, & inanis gloria est, nihil boni reperitur.
 Dixit iterum: Patres nostri, vt magni, atque mira-
 biles, pascebant multos; ego autem humilis vnam
 ouem regere non valeo, sed semper ferarum mor-
 sibus pateo. Ait rursus: Dæmonum opus hoc est,
 vt cùm animam in peccatum deiecerint, tunc nos
 in desperationem præcipitent, vt perfectè nos per-
 dant. Semper enim dæmones dicunt animæ: Quã-
 do morietur, & peribit nomen eius? Si igitur lo-
 bria fuerit anima, & ipsa ad eos è contra clama-
 bit, & dicet: Non moriar, sed viuam, & narrabo o-
 pera Domini. Quoniam igitur magnam habent
 impudentiam dæmones, & ipsi rursus clamant
 dicentes. Transmigra in montem, velut passer id
 circo & nos ad illos dicere debemus: Nam & ipse
 Deus meus, & saluator meus, adiutor meus, non
 emigrabo. Dixit iterum senex: Esto ianitor cordis
 tui, ne intret peregrinus dicens. Noster es, an ad-
 uersatorium?

*Factum cuiusdam viri calui, & Sacco
 induti.*

C A P V T. CXI.

EGO & sodalis meus Sophronius, cùm in A-
 lexandriã essemus, die quadam perreximus
 ad Theodosij Ecclesiam, obuiumque ha-
 buimus in vico virum quendam caluum, in-
 dutum sacco vsque ad genua. Videbatur autem
 quã

quasi fatuus, & amens. Dixit igitur mihi Abbas Sophronius: Dā mihi nummos, & videbis virtutem venientis. Dedi ergo illi quinque nummos, Qui acceptos dedit illi, qui videbatur ut amens. Accepit autem eos ille, nihil omnino loquens. Nos autem clam illum secuti sum⁹ è vestigio. Ille verò cum flexisset à via, extendit in cœlum manum suam dexteram habentem nummos, & post hæc prostravit se coram Deo, positisque in terra nummis abiit.

Vita, & Mors Leonis mōachi genere, Cappadocis.

CAPVT CXII.

TEMPORIBVS Imperij Tyberij fidelissimi Cæsaris, ascendimus in Oasum, vidimusque illic magnum in diuinis rebus monachum, genere quidem Cappadocem, nomine autem Leonē. De hoc multi multa digna admiratione narrabant nobis. Nos autem ad illius pertingentes familiare colloquium, magnumq; experimentum capientes sancti huius viri, magnificè ædificati sumus, & maximè in¹ humilitate eius, & silentio, & nuditate rerum omnium, & charitate, quam ad omnes habuit. Dicebat ergo semper venerabilis hic fenex: Credite mihi, filij, quia regnare habeo. Nos autem dicebamus ei: Crede nobis, Abba Leo, quia nullus ex Cappadocia vnquam regnavit. Importunam ergo habes istam cogitationem. Ille verò rursus dicebat: Veraciter, filij, regnare habeo. Nemo autem poterat eum, ab hac cogitatione remouere. Cum igitur venissent Mazices, & vniuersam prouinciam illam deuastassēt ac diripassēt, venerunt & in Oasum, & monachos quidem plures occiderunt, plurimosq; captiuos duxerunt. Inter quos acceperunt & Abbatē

D d

Ioannem